In memoriam Sanctorum omnium.

Hymnus.

Chriſte redemptor omniũ, conſerua tuos famulos, beatæ ſemper virginis placatus Sanctis precibus.

Beata quoque agmina cœleſtium ſpirituum, præterita, præſentia, futura mala pellite.

Vates æterni judicis; Apoſtoliq; Domini, ſuppliciter expoſcimus ſaluari veſtris precibus.

Martyres Dei inclyti, confeſſoreſque lucidi veſtris orationibus nos ferte in cœleſtibus.

Chori Sanctarum virginum, Monachorumque omnium; ſimul cum Sanctis omnibus, conſortes Chriſti facite.

Gentem auferte perfidam, credentium de finibus; vt Chriſto laudes debitas perſoluamus alacriter.

Gloria patri ingenito, eiusque vnigenito, vnà cum Sancto Spiritu, in ſæculorum ſæcula Amen.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum merita, ſub vna tribuiſti celebritate venerari: quæſumus, vt deſideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam, multiplicatis interceſſoribus largiaris. Per Dñm noſtrum &c.

S.^TA MARIA ÆGYP.^CA Or.

Largire nobis clementiſſime pater, quod ſicut beata Maria Ægyptiaca Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum, ſuper omnia diligendo, ſuorum obtinuit veniam peccatorum: ita nobis apud tuã miſericordiam, ſempiternam impetret beatitudinem. Per Dñm noſtrum Ieſum &c.



S.^TA SCOLASTICA. Or.

Deus, qui nos annua beatæ Scolaſticæ virginis tuæ ſolemnitate lætificas: da vt quam veneramur officio, etiam piæ conuerſationis ſequamur exemplo. Per Dñm noſtrum &c.



S.^TA CLARA. Ora. pr.

Exaudi nos Deus Salutaris noster: vtsicut de beatæ Claræ Virginis tuæ festiuitate gaudemus, ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per dnũ.

Pro remissione Peccatorũ.

Deus qui Culpa offenderis. Penitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur auerte. Per dñ.

Pro Pace obtinenda.

Deus, à quo sancta desideria, & justa sunt Opera: da seruis tuis illam, quam mundus dare non potest, Pacem vt et Corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sit tua protectione tranquilla. Per dnũ.

Pro Rege.

Quæsumus Omnipotens Deus, vt famul⁹ tu⁹ Lud⁹ Rex noster qui tua miseratione suscepit Regni gubernacula, Virtutum etiam omnium percipiat incrementa; quibus decenter ornatus, & Vitiorũ monstra deuitare, hostes superare, & ad te qui Via, Veritas, & Vita es, gratiosus valeat peruenire. Per dnũ.

S.^TA TERESIA. Or. pr



Lætetur Ecclesia tua Deus Beatæ Teresiæ Virginis tuæ confiſa suffragiis; atque ejus precib⁹ gloriosis & deuota permaneat, & secura consistat. Per dnú.